



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

I. Homo ex omni æternitate nihil fuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

DE INFINI-
TA GRAVITATE
PECCATI MOR-
TALIS.

LIBER SECVNDVS.

Graue est peccatum mor-
tale, si ad eum, qui se illo
astringit, attendatur.

CAPVT I.

*Homo ex omni aternitate nihil
fuit.*

SVperiore libro, quod
diuina gratia potui-
mus, de eo differui-
mus, qui peccato mortali offen-
ditur, indeq; grauitatem & pra-
uitatem illius euicimus infinita,
sequitur vt de eo quoque, ex or-
dine supra à nobis praescripto,

F 3 aga-

agamus, qui mortale peccatum
 admittit, eumque offendit; fa-
 ciet, id quoq; non vulgariter ad
 cognoscendam immensam pec-
 cati mortiferi malitiam & per-
 uerfitatem; is enim est homo in-
 finitè vilis, ignobilis, miser, &
 contemptibilis. Et quidē primò
 ex omni æternitate nihil. Nihil
 nihil omnino, in se, minus mu-
 sca, culite, atomo, minus minu-
 tissimo puluere. quid? magis ni-
 hil, vt minus adhuc fuerit, quàm
 figmētum ac somniū. Vnde ergo
 homo? *Ex regione*, ait Cyrillus,
quæ nihil appellatur, regione pauperis,
deserta, ignobili, inculta, sterili, mi-
sera, rebus omnibus egente, in qua neq;
animal ullū, neq; arbor, neq; seges, neq;
herba vlla nascitur. Quis eius pa-
ter? nihil; quæ mater? nihil, Quis
auus, proauus, atauus &c. nihil.
 Et hoc nihil offendit Deum, qui
 ex se est, & suum esse infinitum

In Ioan.

O pe

O pectus ferreū hominis impij?
Quam diu verò nihil omnino
fuit? æternitate tota. Quod si
peccator apud animū suum se-
riò cogitaret, multum de stulto
suo spiritu remitteret, qui in pec-
cato elucet, effunderet penitus,
seq; sub potēti manu Dei humili-
liaret, humiliaret autē? in nihilū
feredigeret. Cū aliquē pudore
afficere volumus hęc, vel alia de
genere eodē ei obijcere solem⁹:
Cogita quis fueris aliquādo, qui
tui maiores fuerint &c. rustici ni-
mirū, mendici. Iam homo ali-
quando, partibus infinitis, rusti-
co, mēdico minor fuit, imo nul-
lus fuit. Cū rursus alium cō-
fūdere volumus, his vel similib.
verbis vti solemus: Tu in omni
vita tua mendicus, miser &c. fu-
isti. Quanta tum perturbatio se-
quitur? Iam homo qui peccat, æ-
ternū nihil fuit. Æternū porrò

F 4 nihil

nihil fuisse, tantum malum est, ut ex recta ratione malle quis debeat, per omnium sæculorum æternitatem, quo suis cruciatus pati, quam in nihil, post esse redigi, quia dum miserimus etiam esset, aliquid esset, quod bonum esset; nihil verò esse, malum esset, bonum omne, ut & esse excludens; modò talis ex peccato non esset Deo insensus, quod absolutè fieri posset; respectu verò ad culpam habito, melius foret natum non fuisse, vel absolutè non esse, quam æternum miserè esse.

CAPVT II.

Homo ex nihilo æterno non potuit ex se emergere.

IN nihilo, æternâ duratione, demersus ita homo fuit, ut ex illo, per se non potuerit unquam emergere, sibiq; adeo esse
dare;